

Regis Travenunde collocans ibi turrem fir-
missimam latericicam. Hoc etiam tempore Lubick
murata est in circuitu et valde firmata, et tamen
fuit carissima duobus annis. Anno Domini 1218.
obit Otto Imperator, post quem Fredericus II. impe-
ravit ut in Speculo lib. . . . Hoc anno fecit
Wolmarus Rex Dacia coronari filium suum
Woldemarum in Nerwyk in Regem Daciae et
fuit tertius dictus hoc nomine. Revalia
Anno Domini 1223 edificavit predictus Rex
in Estlande Revaliam et subiecit omnes illas
terras sua corona Anno Domini 1223. comes
Henricus de Sveryn captus in Dacia Reges
Waldemarum et filium eius erexit in Sveryn
Iohannis ante portam et postea in bello obtulit
comitem Adolphum de Lauenborg et dedit
eum Regibus victis, postea Reges redempti
sunt pro 2. millibus marcarum & juraverunt
se amplius non venturos in terram Holsatia
et reliquerunt obsides potentes. Anno Domini
1227. rotatur comes Fredericus de Hesperborch
vel alias de Altena quia occidit episcopum
Coloniensem. Hoc etiam anno moritur sanctus
Franciscus. Hoc etiam anno libertati
sunt dati Lubicensis postquam XXIV. annis
et plus fuerant sub ditione Danorum

ut supra